

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581CollectionMythologia, Francfort, 1581 - Livre VIitemMythologia, Francfort, 1581 - V, 19 : De Aristæo](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - V, 19 : De Aristæo

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[60\] : De Aristeo](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre V

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - V, 19 :De Aristæo](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 20 : D'Aristee](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 19 : D'Aristee](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

agentium vires, ut patet ex ipsorum nominum interpretatio-
ne: nam & Pasiphae omnibus lucens, & Phaethusa ardens, &
Lampetie splendens, & Augeas splendidus est, & Hemithea fe-
midea & propè diuina, & Fleiades Solis vires, & reliqua nomi-
na sunt his similia. at de Sole satis, nunc dicendum est de Pale.

De Pale.

CAP. XVIII.

PALES pastorum Dea credita, ita vocata est à nonnullis,
cùm tamen aliàs magna Mater, aut Vesta vocaretur. In
huius honorem Palilia celebrabantur, quæ solennitas erat pas-
torum: nam palcarum accèsi acervi certo ordine in loco pla-
no collocabantur, quos transiliebant pastores saltando, ut ait
Ouid. lib. 4. Fastorum:

*Moxq̄, per ardentis stipula crepitantis acervos
Trajicias celeri strenua membra pede.*

De Aristæo.

CAP. XIX.

ARISTÆVS Apollinis & Cyrenes filius fuisse dicitur, ut
testatur Virg. lib. 4. Georg. in his:

*Mater Cyrene, mater, qua genuisti huius
Ima tenes, quid me præclara stirpe Deorum
(Si modo, quem memoras, pater est Thybream Apollo)
Inuisum fati genuisti?*

Apollonius autem libro secundo Argonauticorum commemo-
rat etiam quo pacto Phœbus in amorem Cyrenes incide-
rit, cùm illa pecudes ad ripas Penei fluminis custodiret in his:

Κυρήνη πειραταίτιε ἴλος παρὰ Πηνελόϊο
μῆλα γίμην προτέρωσι παρ' αἰδράσιν. εὐπείθε γὰρ εἴ
ωραίνῃ καὶ λίμνησι ἀκέραιον. αὐτὰρ Ἀπόλλων
τῶν ἀνιρ-φάμῃος πύκα μὲν ἐνὶ ποιμαίνεσσι
τῆλόβησι λιμονίησι, χροίησι παρακάτ' ἐστο Νύμφησι,
αἰ Διφύλῳ ἐνέμοντε παρὰ Μυρτώσιον αἶπος.
εἶθε δ' Ἀριστῆσσι τίκτε θεῖον, ὅτι κελύεσσι
Ἀγρία καὶ νόμισσι.

*Fama est Cyrenem Penei ad fluminis undam
Egisse pastum pecudes: aeterna placebat
Virginitas, castusque thorus cui. fertur Apollo
Hanc rapuisse graui percussus vulnere amoris,
Quam procul Hamonyi portauit sinibus: inter*

*Indigenas Libya nymphas, Myrtosia iuxta
Hanc iuga deposuit, qua mox de semine Phœbi
Mater Aristas facta est, qui dicitur Agreus,
Et Nominis.*

At Cicero actione sexta in C. Verrem, Aristarum Liberi patris filium fuisse scribit his verbis: Aristæus, qui, ut Græci ferunt, Liberi filius, inuentor olei esse dicitur, vna cum Libero patre, apud illos eodem erat in templo consecratus. Aristæum scripsit in libro de Diis Theagenes fuisse Cyni Regis filium & Theamenes Nymphæ, quæ nomen dedit vni ex insulis maris Ægæi, atque prius Battus vocatus fuit propter linguæ impedimentum. Scriptum reliquit Theocriti enarrator Aristæum à Nymphis fuisse educatum, quem & olei & mellis conficiendi rationem illæ docuerunt, quare horum vtriusque inuentor habitus est Aristæus, ut testatur Iustinus libro historiarum decimo tertio. inuenit Aristæus oleum & mel in Ceo primum. Scriptum reliquit Pindarus in Pythicis Cyrenen cum Apolline venari solitam ac diutius virginitatem seruasse, quæ vbi cum leone fuisset aliquando colluctata, Apollo in eius amorem incidit, illamque in Libyam deportatam compressit, ex quo natus est Aristæus. Pherecydes, data illi optione ut quo vellent ferretur, in Libyam portatam fuisse dicit, in eam ciuitatem quæ Cyrene ab ipsa postea nominata fuit: cum tamen Agrætas illam in Cretam primum fuisse portatam scriptum reliquerit libro primo rerum Libycarum. fuitque Larissa Cyrenes soror, à qua vrbis nominata fuit in Thessalia: Alij tradiderunt regnum virtutis præmium fuisse propositum ab Eurypylo, illi qui leonem populantem regionem occidisset, atque Cyrenen illo tempore regnum obtinuisse. Huius filius fuit Autuchus ex Apolline præter Aristæum: quibus alij Eutocum, & Nominum, & Aræum addiderunt. Neque verò vnus tantum fuit Aristæus, sed plures vnus Carysti filius, alius Chæronis, alius Cæli & Tectæ, huc Apollinis: qui cum Ereitas aliquando vocasset in Ceo (nam plures ob calorem Solis & canis æstus moriebantur) atque illi statim stare cœpissent, Iupiter Aristæus vocari cœpit, & Apollo Agreus & Nominis pastorum & agrestium Deus, quæ tamen cognomina sunt etiam eius patris Apollinis. Hunc eundem omnium humanitatis autorem prodiderunt antiqui, quorū sententiā nos secuti ita in nostris Venationib. lib. 4. scripsimus:

M

*Puppis ad Embascae currens allabitur oras.
Fertur Aristæum antrum hic coluisse, Virorum
Qui genus indocile, & diuentum more ferarum,
Glandibus, & baccis, pomu syluestribus, & qua
Sylua tulit cultu nullum iussa coloni,
Edocuit primum teneras armenta per herbas
Pascere: & è quercu fumis pellentibus ætas
Claudere apes vacuo sub cortice: primum olivum
Exprimere ex olea fructu, lac cogier id. m.*

Quem tamen non Bacchi quidem filium, sed alumnium quidam fuisse censuerunt, ad quorum sententiam allusimus ita in nostris Venationibus:

*Nutrit hic Bacchum miro deuinctus amore
Euboeas inter nymphas, Dryadasque puellas.*

Huius vxor fuit Autonoe, quæ fuit etiam Cadmi, è qua Actæonem filium suscepit. Aiunt Aristæum non illum quidem Proconesum: at ipsum Apollinis filium in taberna fullonaria interiisse, atque à quodam qui Crotonem contenderet, in itinere visum fuisse fabulantur. Fertur in Deorum numerum relatus fuisse Aristæus ob rerum humano generi vtilium inventionem, sicuti testatur Pausanias in Arcadicis. fuit enim id antiquoerum institutum, vt diximus, vt viros bonos & sapientes diuinis honoribus ornarent, de quibus, vt de Diis, fabulosæ narrationes fingebantur. Hunc eundem Aristæum, filium Apollinis Cyrenesque Nymphæ filia: Hypsæi, quam tamen Penæ filiam quidam fuisse maluerunt, laseris vsus inventorem fuisse memorant, vt patet ex his: *Ἀρισταῖος δὲ ὁ Ἀπὸλλωνος καὶ Κυρήνης τῆς Ὑψέως, πρῶτον τὴν ἰσχυροσίαν τῆ σιλπίου ἰσχυροσίου καὶ τῆ μίλιτος. Aristæum Apollinu & Cyrenes Hypsæi filium primum laseris vsus extogitavit, sunt etiam mellis,* atque vim & bonitatem ipsius laseris ita descripsit Diphilus: *σίλπιόν ἐστιρίζα ἢ ὕσσοι ὁ Ἀρβύνη γινώσκουσιν ἢ δὴ αἰσῶς ἀρτυτική καὶ θειραπιδτική καλλίστη δὲ ἢ κυρλωαία ἢ καὶ τῶ ἰπῶ καὶ τῶ καυλῶ καὶ τῆ ῥίζῃ χρῶνται. Est autem laser radix odore suaui, qua nascitur in Libya, cuius illa diu est vt præparet ac purget optima verò est Cyrenaica, cuius vtuntur succo & thyrso & radice. Præterea alij dicunt fuisse Prometheum, alij Aristæum, qui primus omnium taurum Diis immolauit, cum antea herbæ tantum ac flores Diis offerrentur, sustimenta que*

menta; fierent è preciosis odoribus, vt scripsit Androtion in sacrificiis.

¶ At nunc cur ista fabulosè finxerint inquiramus. Hunc alij Phœbi, alij Dionysi, ac Cyrenes Nymphæ filium putarunt, quia Aristæus consilium est & prudentia mortalium creditus, quæ optima pars est in nobis, vt nomen significat. Sol verò cum omnes humores in humanis corporib. extenuet, his tanquam aliqua nebula rationibus factis præpoller in nobis vis animæ ratione prædita, quare Sol pater est Aristæi. Hinc ad vnam Penei fluminis, vel potius Penei filiam Cytenen Phœbus amavit & cõpressit, quia rarior facta vis illa Aristæum peperit: qui mox olei vsum, diligentiam scilicet & vigilantiam in rebus mortalibus inuenit, & mellis rationem, suauioris scilicet & humanioris vitæ, monstrauit hominibus cum illos dispersos & ferarum more peruagantes in vnum locum deduxerit, & pascere armenta custodire; docuerit, cum nullam vtilitatem homines prius ex armentis perciperet. Nec me tamen præterit fuisse nonnullos qui ad historiam rem deduxerint, cum dicant Aristæum genitum fuisse ab Apolline, qui Cyrenen eximie pulchritudinis virginem raptam in Libyam portatam compressit: idque fictum fuisse propter Theissalorum migrationem, qui loci eius amœnitate capti, vbi Cyrene vrb. postea condita fuit, ibi habitare decreuerunt. at nihil in hac historia est mirabilitatis, nihil cur res ppetua memoria digna appareat. Enimvero per Aristæi fabulam nos antiqui ad prudentiam hortantur, vt breuibus rem complectar, cum illa sola & rebus nostris assidue sit adiumento vt melius se habeant, & vitam faciat faciliorem suauioremq; mortalibus: quippe cum imprudentiæ multa damna, multæque insuauitates & molestiæ sint solent. at nunc de Tellure dicamus.

De Tellure. CAP. XX.

TELLVS quibus parentibus orta sit, nõ facile est consequi cõiectura: quam alij è Litigio, alij è Dæmogorgone, nullis tamen antiquorum testimoniis freti, quod ego videam, dixerunt. Hesiodus in Theogonia hanc statim post Chaos natam fuisse scribit, neque tamen certos parentes illi tribuit ita inquiring:

ταῦτά μοι ἔασι τε μῦθοι ἀλόμπεισι δόμασ' ἔχουσαι
 ἐξ ἀρχῆς, καὶ εἶπαθ' ὅ τι πρῶτον γένητ' αὐτῶν.

M 2